8

Conventio Swentomirsæ Hæredissæ in Villa Lutoma cum Joanne Eppo Posnaniensi virtute cujus obligat se & Successores suos futuros hæredes dictæ Villæ ad Solvendos quot annis pro Fabrica Ecclesiæ Cathedralis in qua eligit sibi sepulturam Octo Scotos perpetuis temporibus. Eppus vero appromittit quod ea defuncta si propriam non habuerit vecturam Eclesia Cathedralis pro Cadavere transportando mittet suum currum, & quod singulis hebdomadis missa de Beata pro Anna ejus & Lubochna filiæ absolvetur de Datum Posnaniæ in die BB. Petri & Pauli Apostolorum Ao 1334.

Episcopus Izbinski considerans temporum vicissitudinem & hominum pro eo tempore Secularium erga personas Ecclesiasticas odia, qui nescitur quo fato Clericis sunt infesti & ad injurias inferendas tam bonis quam subditis eorum sunt propensi; & ex aliis motivis, Scultetias et advocatias ubi id venire possit, personis nobilibus bona terrestria obtinentibus conferendas esse voluit, uti quidem eodem privilegio Scultetiam in villa Ostrow prope Gostinian in Clavi Doluensi, de manibus nobilis Laurentii Boguslawski exemptam

Nobili Martino Witkowski haeredi in Lu-
biatowo ut eum ad varia negotia et Officia
praestanda obligatum redderet contulit
in Capitulo Gnli sub die 17 Januarii 1549
cum omnibus et singulis Juribus et per-
tinentiis inprimitivo privilegio per Joa-
nnem Eppum Posnaniensem sub Datum
Posnaniae die Coenae Domini Ao 1334